



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 6. Populi dicebant. Perignorantem populum confundis Deus sapientes; & transmutat cælos, & terram.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

dec Isaac. *Erigit mentem iusti, & ut Patris imitator, fiat, efficit: Num si ille, inquit, qui mea obediunt voci, tanta pollicitatione dignus est habitus, & propter illius virtutem in te, qui ex eo natus es, sum imple urus: Si & ipse imitator illius fueris, & eadem, qua ille, via inceseris, cogita quantum apud me benivolentiam habi. ueris sis, & quanta mensura se signaturus sim.* Omnium primum aggreditur, patris sui Abraham detegere puteos erat enim terra illa sterilis & iniqua, ut autem huic incommodo succurreret Abraham, multos sibi effoderat puteos, ut patet ex libro Genes. Omnes vero hi obstructi erant & terra repleti: hoc egerat inuida Palaestorum malitia, qui eos iusserant & lapidibus oppulerant. Venit Isaac, primum eos expurgat, aquam illis extrahit, seminat, & licet terra illa esset infocunda: *Inuenit in ipso anno contimplum, benedixitque ei Dominus, & locupletatus est homo, & ibat proficiens, atque succrescens, donec magnus uerimenter effectus est.* Notant hoc Palaestini: *Ob hoc inuidentes ei Palaestini, omnes puteos illo tempore obstructerunt, implentes humo.* Dicit quoque Isaac Rex Abimelech: *Recede a nobis, quoniam potestis nobis factus es valde.* *Su* intrat D. Chrysostomus aitque: *Considera quanta illorum malitia, qui & aquas iusto inuiserant, & neque Rex inuidiam continere potuit, sed dicit: Recede a nobis.* (O proditores) *Cuius gratia abis iustum? num aliqua in re tibi nocuit? num iniuriam intulit? Sed ita se habet inuidia, nihil cum ratione operatur. Oportebat eum spectare, & attendere, quem omnium Deus tanta gratia profiquebatur, magis fouere, & seruando, ut honore illum solato, etiam ipsi sibi diuinum fauorem concilerent. Illi autem non solum hoc non faciunt, sed expellere tentant, & dicunt: Abi a nobis. Ita agere solet inuidia, non potest benigne uidere aliorum felicitatem, sed felicitatem proximi suam putat in felicitatem, & tabescit bonis proximi. Iustum abis? Ille solus sufficit, quo conseruetis. O Christe Sancte Isaac! Quot puteos fodernnt Prophetae? cunctos aperdit, quos obsecraverat malitia Palaesthorum, Primum uerbis Hierusalem, caelestis aquae doctrina terram fecundat in diuinae personae cognitione. Quam multiplicem populorum colligit messem, qui ad fidem conuersi diuinitatis, eum confiteuntur, ei congratulantur. & ut uero Deo suo hilares famulantur. Propterea inuidebant ei, eumque mundo liminare conuincunt Scribae & Pharisaei, in eius necem conspirant Primores Hierusalem. Hic est effectus inuidiae, te namque commotum*

grauiter, inuidumque conturbat acerbius, dum proximum uides per ceteris exaltari.

S. 6: Populi dicebant. Per ignorantem populum confundi Deus sapientes; & transfundit calos, & terram.

Hic est Iesus propheta a Nazareth Galilee. Hae est populi responsio, aduertit autem Ecclesia mater in Officio Dominicae Pal. matum, quod Spiritus S. per os turbae huius loquebatur, ac proinde eam uocat: *Beata turba*, quoniam licet nobis dicere, id quod Dauid mulieri, quae sibi proposuerat argumentum, subtilius multo, quam uel muliere quis posset expectare. *Verè loab est, qui posuit uerba haec in ore suo.* Hoc huic beatae turbae dicere possumus, Spiritus S. est, qui posuit uerba haec in ore tuo, ac proinde pluribus redundant mysteriis quam litteris, nequam syllabis. Primum intendit Spiritus S. confundere Principes illos, Sacerdotes, & Doctores, licet enim essent Christi miracula, & huius diuini lux adeo splendida, ut eam caeci & uidentes, & agnoscerent, ipsi tamen adeo obsecabantur, ut uel uespersiones ac nocturne obtenebrarentur, & implecerent uicinitum Habacuc, quod illi, quos calos diximus, lucis Christi gloria radiisque obnubilarentur. *Oportet calos Habacuc gloria eius.* Et inquirunt curiosi: *Quis est hic?* Et terra, id est, populus, adeo laudis eius est plena, ut canora uoce respondeat: *Hic est Iesus: laud eius plena est terra.* Vident hic impletum Christi uerbum, postquam caeco nato uilum iusto suo delectat: *Ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident, uideant, & qui uident, caeci fiant.* Ad uerbum hoc (ut) non est particula causalis, ut notant D. Augustinus, D. Chryso. & D. Thomas, sed quid futurum sit, indicat, nimirum, quod illustrioribus suis miraculis, caeci uident, & clare uidentes, excaecantur. Quam caeci erant hi, qui mundi oculi censebantur? quam huius diuini solis radiis obtenebrati? quam obtenebrati? quam caeci? dum quaerunt: *Quis est Iesus hic?* Et quam clara in lucem populus nascitur, a In caecis, qui tantum solebat esse tenebris obvolutus? *Quis Mueh, caecus nisi seruus meus?* Quae fidei professio tam blande perfecta. Confessio tam illuminata? *Hic est Iesus Ius.* Opinatur Origen. a D. Cyrillus b & S. Iust. c d. Iustus Martyr e impletam esse prophetiam portentosi illius stupendique miraculi, quod Deus per Triphonem Isaacam praedixit futurum, in aduentu suo nempe in mundum, quod ex professo declarat D. Paulus. i. Cor. i. Primum

Primum proponit hypocritas Principum, Sacerdotum, ac Doctorum, deinde nefaria scelera, ab ipsis committenda, in quorum supplicium ita Deus: *Ido ecce ego addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo: praeferat enim sapientia à sapientibus, & intellectualibus prudentium eius absconditur.* Septuaginta sic habent: *Ecce ego addam, ut commutem populum istum, & commutabo eos: peribit sapientia &c.* Quae ista commutatio, quam sic minaris te facturum Domine? An forsitan illa, quam praedixisti postmodum per Aggaeum Prophetam. *Monebo caelum & terram.* Quod terra sit in caelum commutanda, facta iam caelum: & caelum commutandum in terram, factum iam terra? Perस्पicua est D. Greg. doctrina, quâ tractatus hos exorsus sumus, per caelos intelligi Pontifices, Sacerdotes, & Principes, per terram autem populum: illi enim aliis lucem communicant cognitionis Dei, influentias mysteriorum Dei, instructiones, & aquas caelestis doctrinae. *Legem ex ore eius requirunt.* Locutus est Deus de Sacerdotibus: erit eorum os seu lingua caelum quoddam supernum, quod emittat influentias locis, doctrinae &c. Attende istum miraculum stupendum, summaque admiratione venerandum: *Admiracionem faciam populo huic miraculo grandi:* Quod modo caelum hoc, in terram commutatum, spissum & obscurum, interroget: *Quis est hic?* Et populus apparet caelum illustre, clarum, quod lucis emittat splendidissimos radios: Respondens: *Hic est Iesus &c.* Et sicur ante legem populus ex ore requirebat Sacerdotum ac Principum. *Legem de ore eius requirunt:* Ita modo accurrunt illi populum interrogantes qui eos doceat & instruat.

Stupenda est haec commutatio: *Admiracionem faciam.* Opinor vatem alludere ad id, quod grauitat espondit D. Petrus circa miraculum & commutationem illam nunquam auditam, factam autem per uerbo incantatori Balaam. Cum enim ille esset qui haecenus direxerat, & deduxerat asinam, in tantam incidit caecitatem, ut asina ipsum dirigeret, doceret, Angelumque sibi adstantem demonstraret, quem ille nec uidebat, nec uouerat talpa caecior. Iter Dei contra eum uoluntate atripit infamis hic praestigator, ea intentione, ut suis populo Dei praestigijs maleficeret. Toto mentis furore iumento infidens proficiscitur, insatiabili ductus auri cupiditate, quale ei promisso regio adiurauerat Balac, adeo lux passionis tenebris obcaecatus, ut Deo illi obuiam mittente Angelum suum, qui illum in bonam reducat uiam, ipso ex opposito adstan-

te, idque tam euidenter, ut cum animal & uideat, & ueneretur, ille tamen adeo sit caecus, ut Angelum nec uideat, nec cognoscat, quinimo uolens inceptam suam prosequi stultitiam, in asinam insurgit, durissimam illam fustigans uerberibus non semel sed iam tertio, tanta bile, ut ipso teste, si gladium habuisset ad manum, asinam transfodisset.

Adest Deus in iumento subsidium, & eius reditum; asina os soluit, linguam mouet ut loquatur, idque tam perfecte, & elata uoce, ut Prophetam conuincat insipientiae; quid agis? cur me caedis? quid defectus in me reperisti? Oculos aperi, attende perspicax, quem hic tibi habetas praesentem, Angelus est de caelo missus, quem tibi Deus mittit in tui medicinam. O caecitas demonstratur, illius Prophetae, qui se caeteris praeferebat oculatiorem; & patuit, quod caecus esset & insipiens, ille qui se caeterorum iudicabat praecceptorem. *Homini uoce loquens, prohibuit Prophetam insipientiam.* O qua commutatio: cui quem regere conueniebat: homini iumentum, aut iumento hominem? Quis quem dirigeret, & erudit? An Prophetam asinam, uel asinam Prophetam? Indubium est: Prophetam haecenus instruxisse ac direxisse asinam: Attende modo stupendam immutationem, quod ille, qui se Prophetam gloriabatur & deducebat asinam, ita obtenebretur, ut id quod animal uidebat, ipse minime cerneret, animal tam sapiens ac prudens, ut eum dirigat, erudiat, Angelum demonstrat, quem ipse nec sibi adstantem aut uidit, aut cognouit. *Prohibuit* (ait D. Petrus) *Propheta insipientiam: illum illuminauit, uoce hominis loquens.* Consentiant omnes, animal illud, cui Balaam insidebat, & cum in uiam dirigebat: populum significare, quem dirigebat, docebat, & illuminabat chorus ille Sacerdotum, Doctorumque concilium. O malo seditate nati, quam caeci temporalium honorum cupiditate, uiam arripunt perditionis ut Iesum perdant, supremi concilii Angelum Errabundis, & à recta salutis semita deuantibus occurrit hodie diuinus ille Angelus, eorum se offert conspectui, portas ingreditur ciuitatis, nec tamen tenebriones eum aut uident, aut cognoscunt: uidet autem illum & recognoscit iumentum: cum illi omnis populus Iesus occurrat. humilis eum suscipiat, maxime solemni introducat Maiestatem, Regem, Messiam, uerum Deum, & Saluatorem uoce acclamet contentiosa. Sillit ac detinet eos iumentum in uia, qua perdere illum conabantur, & executioni man-

date mortis sententiam, iam dudum in eum prolatam in concessu xenadrin. Laborant illi iumentum ferre, ac verbis his acerbioribus lapidare: quibus plebem arguebant: Quis est hic? hoc enim, ut praelusimus his diuersis intendebant. Porro, hoc casu, quo sacerdotum illustri chorus adeo obtenebatur, lynceos populus acquirat oculos, caelesti illuminatur sapientia, ut ei Deus ora muta dissoluat, linguam moveat ut dicat: Populus dicebat, hic est Iesus propheta. Ita ut

II. Populus doctet sapientes.

perdocta iumentum voce Deus prophetae conuincat tenebras, & crassam confundat ignorantiam. Tanta est Christi gloria, lux adeo replendet miraculorum, ut vel rudis ille populus, cum ex illis cognoscat, eoque casu, quo sapientes desipiunt & tanta luce obfuscantur, ut contemptibiliter exquirant. Quis est hic? Populus tanta clarescat luce, ut Magister ipso doceat magistrum, & sapientibus sapientior dicat: Hic est Iesus &c. Hoc totum decreuit Deus in eorum confusione, ut ipse declarat, finiens praefata Iesaii verba: Non modo confundetur Iacob, neque modo vultus eius erubescet, sed cum videris filios suos opera manuum mearum, & sanctificabunt sanctum Iacob, & Deum Israel predicabunt &c. Modo, ita modo confusi sunt, & erubuerunt vultus eorum: cum viderent inferiores & plebeios gloriae Christi celebres praedicatorum. Adimpletur autem (interprete D. Chrysol.) id quod Dauid de sole in hac die praecinerat, ut ipse Christus approbat, Domine noster, quam admirabile &c. ex ore infantium & lactantium, perfecti laudem propter inimicos suos. Infantes vocat, non tantum annis infantes, sed etiam illos, qui scientia pueri sunt, scilicet vulgarem populum. Vna populi insipientis voce, qua Christi cuncta mysteria declamantur suos confundere voluit inimicos, quis pudor illis ter maledictis sapientibus doctoribus, & praedicatoribus quod infantes populi, homines rudes, illos sapientia praecurrant, ipsi sacrae scripturae erudant mysteria, qui ea nec legere poterant, ipsi vero mille ignorantiae tenebris inuoluantur?

Iesai. 29. 22.

Io Psa. 8.

Psa. 8. 1.

En tibi rem non ferendam, duplici confusione dignam: quam vidit in mundo Salomon sapientissimus: Vidi seruos in equis, & dominos ambulantes super terram, quasi seruos. Quae confusio talibus dominis pedes equos, equites factos: & equites pedestres ambulantes? Mos est Deo (ait D. Chrysol.) quem D. Paulus praclare extollit confundere fortia debilibus, & ignorantibus sapientes: nobiles abiectione & trioboli hominibus: ut eius pateat brachij magnitudo. Elegit Deus infir-

Eccles. 10. 7.

Hom. 5. de panis.

ma mundi, ut confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quae non sunt, ut ea, quae sunt destrueret. Elegit Deus Raab communem & meretricem (qualitates sunt, quae virtutem eius produunt) ait D. Chrysol. ut populum suum confundat & robore afficiat. Docuerat illos Deus, nullum esse alium Deum praeter se, idque innumeris probauerat prodigiis, quae coram eis patrauerat frequentius: nihilominus adeo oblitescunt, ut illa adhuc praemanibus habentes, Deum abneget, volentes alios sibi fingi Deos, stultamque hanc & excerebratam Aaroni proponant quaestionem: Fac nobis Deos, qui nos praecedant: Si Dii (obloquitur os aureum D. Chrysol.) quare dicitur: fac & quomodo enim dii sunt? Deus ex auro non conficitur: sed ipse est, qui caetera condidit: Compositus Aaron vitulum, quem populus ingratus adorat, & in illo multos Deos: Hi sunt dii tui, qui educent te de Aegypto, o Israel. Vnum respicientes, hi dii dicuntur, in eo sane, quem unum videbant plures Deos simul adorabant. Voluit Deus illos pudificare: ad hoc illuminat mulierem communem, meretricem, vile proflibulum, inter gentes Chananeos in vrbetericho commorantem, quae nullum videbat miraculum, nec prodigium, nec signum aliquod fieri: timentium tantum eorum peceperat, iam enim quadraginta praeterfluxerant anni, a quibus Deus illa patrauerat, quando educent populum suum de Aegypto, & eo solo est ad fidem conuersa, sancta, Deo Israel subdita, hunc unicum Deum esse confitetur: Dominus enim Deus vester ipse est Deus in caelo sursum & in terra deorsum. Sic ipsa exploratoribus Iosue.

Adverte (D. Chrysol. monente) quis pudor, electos Dei, tot mirabilium spectatores, caelesti instructione eruditos, adhuc caecitate, ut in vno vitulo Deos plurimos, & confiteantur, & venerent: Hi sunt dii tui, o Israel &c. quos & istorum profitentur esse prodigiorum auctores, Vna vero mulier, inter pluralitatem Deorum educata meretrix, factum audiens ab annis quadraginta patratum in longe distata regione, unum Deum Israel confitetur, eique tot mirabilium defert auctoritatem? quid hoc? Mulier infidelis, tam paucis adiuta subsidiis, Deum Israel, cuiusque mirabilia confiteatur eorumque se praecone inlicitat, illi vero, qui ea experiebantur, & praeculis habebant, tam socordos tam haereant obsecrati?

Quis pudor, quae confusio praecceptoribus illis, senioribus illis, consiliariis illis & rectoribus Bethuliam, quos Spiritus S. vocat Praecipitantes qui oblationis

Iudith. 8.
III. *Iudith*
muliere
instruit
Sacerdo-
tes.

obfidiōnis arctati angustiis, quā Holofernes civi-
tatem premebat, adeo turbantur omnis consilij
experies, vt nec ad Deum recurrant, nec eius mi-
sericordiā confidant, vt oportet; sed consilia
ineant minus salutaria, & fœdera diuinæ miseri-
cordiæ concipiant dissentanea, si intra quinque
dies illis non aduenerint copiæ auxiliares: quod
illis consilium videbatur sapientissimum. Prodit
autem mulier vidua Iudith, solitaria, quæ tantā
Dei pollet sapientia, & eorum quæ temporis po-
stulat necessitas, vt eos Dei tentatores accuset, ac
summæ esse dementiae conuincat, quod illi sum-
mæ sapientiæ consilium putauerant, eos instruat
& doceat saniora. Hæc est multorum confusio.
Quis pudor Ecclesiastico, quod secularis oratio-
nis nouerit partes, & contemplationis arcana, &
ad ea præsignatas sibi obseruet horas, ille verò
nec prima orationis nouerit elementa. Quæ tua
confusio, dicit arum helluo, quod pauper ille mil-
le necessitatibus obrutus, prole grauatus, paupe-
rum miseratur, eis fultum panis largiatur, &
etiam illud ori suo subtrahat: te verò cui cistæ,
cellaria, horrea tritico præ multitudine crepant,
diuitem auarum, nec moueant pauperum geni-
tus, nec Lazari vulnera? quæ confusio tibi, vt
nobilissime qui adeo es ab omni cura & occupa-
tione liber, vt cui tempus impendas, ignore; si
Minister verò publicè deputatus officio, cui nul-
la inperit hora vacua quin diurno deficiat, labo-
ri, nihil omnino rosario legendi inueniat oppor-
tunam, obconditis stationibus, & pijs misericordiæ
operibus congruam; tibi verò ad hoc solum defi-
ciat? Conformatem proposito nostro exponit D.

IV. *Secula-*
res con-
fundunt
Ecclesia-
licos

D. G. R. E.
37 pag.
Admoni-
tio.

Greg. Dei vocem ex ore Vatis Isaiæ: *Erubescite Si-
don ait mare. Quasi per vocem maris (ait) ad vere-
cundiam Sidon adducitur, quando per comparatio-
nem v. re secularium, atque in hoc mundo fluctuan-
tium, eius, qui inuentus, & quasi stabilis cernitur,
vita reprobat. Pariter expendit D. Chrysof. id
quod Spiritus S. narrat de Eliseo Hic enim mo-
tatus inter Israelitas, à nemine cognoscebatur,
honorabatur à nemine, & qui eum cæteris mi-
nus venerabatur, erat Rex ipse. In Syria vero, eum
declamat perisse quæ captiua, eum barbaros Gen-
tilis venerat. Fufam hanc historiam, fusè nar-
rat Spiritus S. Interloquitur D. Chrysof. O fides*

Naaman Principis, o istius Regis perfidia? Naaman
Syrus fideliter festinat ad Deum, & Rex perfidus
sum scidit vestimentum, & dissidit qui nouerant,
& Elia, & qui non nouerant, credunt. Domestici repu-
gnant, & externi festinant. Alieni currunt ad au-
xilium, & proprii calesse denegant donū, qui prædi-
care debuit, destruit, & qui destruere potuit, festinat.
Hieron. Bapt. de Lanza, Tom. I.

§. 7. Populi dicebant. Conuincit Deus ex ore populi Principes, vt iniquos iudices. Sic autem iudex, vt sponse natus.

Secundum: Intendit Spiritus S. hac respon-
sione ex ore plebis: *Hic est Iesus &c.* Actius
mordere Principes illos, Sacerdotes, Re-
toresque ciuitatis Hierusalem, eisque obicere
excebreosam atq. proiecram iniquitatem, quam
iam pridem iniussu commiserant. Paucis ante
præteritis diebus in generali plenoque concilio
in Christi conspirauerant perditionem, mor-
tique eum aduoceran turpissima. Modò ve-
ro, dom Hierusalem ingreditur & populi adhuc
auribus insonat præconium, quò præceperant, vt
si quis de eo quidquam nouisset, confestim in-
dicaret; interrogant. *Quis est hic? Quid prodi-
tores? ab hinc biduo illum morti communi suf-
fragio dampnatis, & eum ignoratis: Quis sit non
cognoscitis? Sit felix faultumque iudicium vel-
litum, hunc illum non agnouistis, modò agno-
scite. Hic est Iesus.* Subtiliter exponit Christum
malitiam quam contra eum exercuerant, morti
adiudicantes, illis vobis ex ore Vatis Regij. *Cir-
cumdederunt me viruli multi, tauri pingues obse-
runt me.* Alij legunt: *Tauri Basan.* Balan Regio
erat fertilissima, tauris fœcunda pugnacibus, qui
tauri de Basan dicebantur, sicut modo tauri de
Xarama. Taurus animal est cholericum & vehe-
mentius bile commouetur: ita enim oritur ex
inflammatione sanguinis circa cor, & sicut inter
cætera animalia taurus sanguine abundat, ita ma-
iori incenditur flamma: ac proinde videre licet
dum vehementius ignescit, cornua eius ad inflam-
mea, vt ignites titiones dixeris, eumque quem ferit,
non minus accendit, ac si quispiam flamme-
te lancea perfoderetur. Hic eminenter gaude-
bant tauri de Basan, eo quod essent pinguiores, ac
maiores. Nota verò, quàm eleganter hoc hiero-
glyphico describat Principes, Sacerdotes, Docto-
res, tauros de Basan pinguiores, quibus venæ e-
rant sanguine repletæ, operibus, diuitiis, honori-
bus, cupiditate, his cornibus suis irruerant in
Christum: omnis enim eorum ignita rabies ex
rerū temporalium cupiditate exarscebat. In tra-
cundia terra loquentes dolos cogitabant. Hinc bilis
eorum, ex timore perdendi bona terrena, proin-
de, quasi pauidi consulunt: *Venient Romani, & sol-
lent locum nostrū, & genem.* Hinc inierunt con-
tra Christum consilium, & vt tauri in eum im-
pegerunt. Taurus dum cornu ferit, claudit ocu-
los.

19

Pf. 21. 19.

1.

Qui sunt

tauri de

Basan.

Pf. 34. 20.

Ioan. 11.

18.

Rz

los.